

cum olim Auriem, Episcopo, & suis iudicibus nostris de-
derimus litteras in mandatis, ut universa, in quorum posses-
sione per Curiam, & Civitatem, Episcopos Venerabilis F. N.
Egitan, Episcopus fuerat adversus eundem Colimbriem, indu-
ctus, vel eorum occasione auctoritate propria occuparet, ipsi
Colimbriem, cum fructibus medii temporis restitui facientes,
supplerent si quid per ipsos Egitanem, malitiam desuisse con-
stare executioni sententiae pro eodem Colimbriem, contra E-
gitanem, eundem arbitrari examine super restitutione
fructuum promulgata, ad limitationem Episcopatum quam
cito possent, sub omni diligentia processu, praedicti Auri-
em, & sui iudices super restitutione faciendi vices suas
Abbat de Serta, & suis consociis commiserunt, limitationem
Episcopatum sibi specialiter reservantes. Possessionibus ita-
que per eundem Abbatem, & suos collegas Colimbriem, Ec-
clesiae restituit, idem iudices dictam Egitanem, nisi fructus
omnes medii temporis ad plenam restituere infra terminum
ad hoc ei praedictum, excommunicationis vinculo innodarunt,
contradictores censura simili percellentes. Transacto vero ter-
mino, infra quem Egitanem, Episcopus eidem debuerat pa-
tere sententia, ipsius contumacia exigente, prolata prius sub
condicione sententia fuit, & postmodum simpliciter & praeci-
se innovata. Partibus sane a delegatis nostris praedictis in-
terim convocatis, procurator Colimbriem, Ecclesiae, & pars
altera ad hoc ad ultimum conveniunt, ut idem Colimbriem,
in possessione, quam per memoratum Abbatem, & suos col-
legas fuerat adeptus, non obstante modo processu, vide-
licet vice iuste, sive iniuste processerint, tunc pacifice per-
maneret. Si tamen ea restituta fuissent, quae secundum man-
datum Apostolicum restitui debuerant, hinc inde subtraherent,
vel suppletionem nihilominus faciendam, si fuisset ad aliquid
quod possessiones plus, vel minus debito restitutum. Pro re-
stitutione vero fructuum idem Egitanem, obligavit ablantes,
hoc tamen ahibito quod si cautio illa sufficiens videretur,
secundum delegatorum ipsorum caveret arbitrium per pignora-
tionem, vel fidei iussorum cautionem. Praesio quoque ter-
mino, quo se partes eorumdem iudicum conspectui presen-
tarent, propter discordiam, quae inter charissimos filios nos-
tros in Christo Portugalen, & Legionen, Reges exereverat,
idem Colimbriem, quod nec per se, nec per procuratorem i-
doneum apud Auriem poterat proficisci, per quemdam nuntium
sepe eundem iudicibus intimavit. Ipsi vero eundem Col-
imbriem, in mille, ac sexcentis solidis monet Legionen, expen-

sum nomine condemnarunt, & alias procedentes minus le-
gitime contra ipsum, Episcopatum non sine Colimbriem, Ec-
clesiae praedictae, post appellationem legitimam limitarunt.
Quapropter idem postulat instanter, processum iudicum
eorundem, tam super expensis, quam limitibus irritari. Nos
autem considerantes utriusque partium expedire, ut non secun-
dum rigorem iustitiae, sed secundum equitatem providentiam
in isto negotio procedatur: discretioni vestrae per Apost. scri-
pta praecipiendo mandamus, quatenus apud vos possessionibus
sequestratis, Igeritam, Episcopum, ut Colimbriem fructus iux-
ta formam alterius nostri mandati restituar, vel de restitu-
tione faciendam sufficienter praestet, & idoneam cautionem,
monitione premissa, distributione qua convenit, appellatione
postposita compellatis; & sic auditis, & intellectis, quae par-
tes hinc inde duxerint proponenda, si vobis constiterit, quod
Aorien, Episcopus, & sui iudices providere diceceses predi-
ctorum Episcopatum limitarunt, faciat eas auctoritate nos-
tra secundum illum modum manere perpetuo limitatas. A-
lioquin tam per testes, instrumenta, & famam, quam anti-
quas divisiones, & quacumque alia adminicula, iniqua, &
cognita veritate plenus, ipsos Episcopatum, solum Deum ha-
bentes pra oculis, limitetis, facientes quod decreveritis per
cursum ecclesiasticam humiter observari. Ceterum si praeno-
minatus Colimbriem, de legitimo impedimento docuerit, pro-
pter quod Auriem, Episcopo, & consocium eius conspectui
se nequiverit praestare; vos cum absolvatis a pena, qua
propter contumaciam exiit per illos condemnatus. Alioquin
ipsum in legitimis, & moderatis expensis, quas pars altera
fecit in causa, ex quo idem Colimbriem, cepit laborare con-
tumacia, condemnatis. Proviso prout, ut Colimbriem, E-
piscopatum super possessionibus laicalibus, quas in Caniliam, &
in eius terminis legitime acquisivit, non patiamini ab aliquo
indebite molestari. Quod si non omnes, & duo vestrum
&c. Vos desique fratres Episcopi super vobis ipsos, &c. datum
Laterani 6. Kal. Martii, Pont. N. anno sextodecimo.)

d Colimbriem. Aliqui existimant, Colimbriem Ecclesiam
hanc esse in urbe Conibricea, sed falluntur; nam in Concilio
Toletano 8. reperitur subscriptiones Colimbriem Episcopi,
& etiam Conibriceis Praesulis; quare existimo cum Recen-
dio in antiquis, Lusitanis, & Valle d. c. 20. pag. 47. Colim-
briem esse civitatem, quae hodie Lusitania Condeza vetus di-
citur; tamen habens antiquitatis vestigia. Eius Ecclesie men-
tio fit in d. c. causam 8. & in c. finali, de excessibus Praelati.

C A P U T I X.

Idem M. & R. Canonici a Mutin.

Petitione vestra nobis exhibitae continebat, quod cum ven. f. n. Mautin, b. Episcopus in e. Livoniam profecturus,
vos vicarios suos, & procuratores constituerit generales, vobis volentibus agere contra detentores bonorum E-
piscopi Mutin, vel contra illum agentibus respondere, frequenter opponitur, quod id facere non potestis, pro eo
quod instrumentum vicarie, seu procuracionis huiusmodi non exprimitur, quod Episcopus ipse constituerit vos d. syn-
dicos, & actores. Quare similiter postulatis, ut cum per exceptiones huiusmodi frequenter impediatur utilitas Epi-
scopi supra dicti, super hoc providere salubriter dignemur. Nos igitur ex tenore ipsius instrumenti cognoscentes,
quod intentio fuit ipsius Episcopi dare vobis agendi, & respondendi pro ipso Episcopo liberam potestatem, excep-
tionem huiusmodi penitus reprohamus.

N O T A.

a Mutin. Ita etiam legitur in quinta collectione Hono-
rii III. edita a Cironio, sub hoc tit. c. fin. Mutina
civitas, vulgo Modena dicta, Romanorum colonia fuit. Livius
l. 39. ibi: Eodem anno Mutina, & Parma colonia Romanorum ci-
vitas sunt deductae. Cicero Philippica 5. ibi: Circumfusa Muti-
nam firmissimam, & splendidissimam Populi Romani coloniam. Illius
meminerunt Suetonius, Paterculus, & Plutarchus relati ab
Ughellio r. 2. Italia sacra. Jam in tertio Ecclesiae saeculo Ec-
clesia Cathedrali decorata fuit, quae primam parit Ecclesiae
Mediolanensis, postea Ravennatensis, ac demum a Gregorio
XIII. Bononiensi Archiepiscopi uti suffraganea Ecclesia ipsi af-
signata fuit.

b Episcopus. Guillelmus videlicet, qui Mutinensis Episco-
pus creatus fuit anno 1222. postea ab Innocentio IV. Gardi-
nalis Sabiniensis reuocatus, ut refert Ughellius ubi sup. n. 36.
c Livoniam. Livonia regio est Septentrionalis, prope mare
Balticum, cuius incolae fidem catholicam amplexi fuerunt tem-
poribus Innocentii III. ut refert Spondanus in continuis, Baro-
nii, anno 1199. n. 9. & notavi in c. Dux, & de vita, & honeste
cleric. Sed cum adhuc in illis partibus idololatria maneret,
ut eam evelleret, missus fuit ab Honorio III. Guillelmus Muti-
nensis Episcopus, qui magnos fructus inde Ecclesiae attulit,
ut refert Ughellius ubi sup. & Cironius in presenti, cuius
absentiae causa Vicarios, & procuratores suos designavit
Canonice Ecclesiae Mutinensis, ut in hoc textu refertur.

d Syndicos & actores. Pro huius textu interpretatione vi-
denda sunt, quae adducemus in c. unico de syndico.

pus creatus fuit anno 1222. postea ab Innocentio IV. Gardi-
nalis Sabiniensis reuocatus, ut refert Ughellius ubi sup. n. 36.
c Livoniam. Livonia regio est Septentrionalis, prope mare
Balticum, cuius incolae fidem catholicam amplexi fuerunt tem-
poribus Innocentii III. ut refert Spondanus in continuis, Baro-
nii, anno 1199. n. 9. & notavi in c. Dux, & de vita, & honeste
cleric. Sed cum adhuc in illis partibus idololatria maneret,
ut eam evelleret, missus fuit ab Honorio III. Guillelmus Muti-
nensis Episcopus, qui magnos fructus inde Ecclesiae attulit,
ut refert Ughellius ubi sup. & Cironius in presenti, cuius
absentiae causa Vicarios, & procuratores suos designavit
Canonice Ecclesiae Mutinensis, ut in hoc textu refertur.

d Syndicos & actores. Pro huius textu interpretatione vi-
denda sunt, quae adducemus in c. unico de syndico.

C A P U T X.

Gregorius IX. Nobili viro Ubaldo Civi S.

Acedens ad Apost. Sed. Et infra: Mandamus quatenus D. nobilem mulierem, quae sub tua potestate tenetur,
plena restituit libertati, faciens ipsam ad castrum de Massa a Lucane dicecesis secure perducit, ut existens ibi-
dem libera b. procuratorem c. libere ordinare valeat, qui suam coram nobis iustitiam prosecutur. Tu ergo super
sponsalibus, quae inter natam tuam, & filium ejusdem nobilis contracta proponuntur, procuratorem ad praesentiam
nostram mittas, qui ad agendum, & respondendum plenam habeat potestatem.

N O T A.

a Lucane. De Lucanensi dicecesi nonnulla adduxi in ca.
cum causa de electione.
b Procuratorem libere. Nam causas matrimoniales per pro-
curatorem tractari posse, certum est, c. ex parte 14. de restit.
spol. sicut & causas divortii, cum criminaliter ad illud non
agitur, probavi in c. tua hoc tit.
c Libere. Et hoc textu communiter deducitur, in causis

matrimonialibus procuratoris constitutionem metu cadente in
constantem virum factam nullam esse ipso iure, ut post ordi-
narios in presenti docent Sanchez de matrim. l. 4. disp. 22.
pluribus relatis Basilio eodem r. sed absolute textum hunc pro-
cedere in qualibet procuratoris constitutione propter mandati
naturam, docet Cabrerus de Avendanno de meta l. 2. c. 23. n.
53. quam sententiam examinabimus, & praesentem textum ex-
ponemus infra in titulo de his quae vi.

C A P U T XI.

Idem a Cantuariensi Archiepiscopo.

Dilectus filius Magister I. Rector Ecclesiae de Auna, transmissa nobis petitione monstravit, quod cum R. Pres-
byter contra ipsum b. causa studii Bononiae commorantem super eadem Ecclesia ad iudices nostras litteras im-
petrasset, earum auctoritate a iudicibus ipsis, eodem Rectore citato, procurator ipsius generalis ad omnia ejus tra-
ctanda negotia, pro eo, quod competentem terminum, intra quem Rectorem ipsum consulere, utrum deberet con-
tendere, vel cedere quaestioni, sibi concedere denegabant, pro eodem nostram audientiam appellavit.

N O T A.

a Cantuariensi. Richardo Magno videlicet, qui antea
fuerat Lincolniensis Ecclesiae Cancellarius de quo Hal-
pergelus saeculo 13. c. 6. ita scribit Richardum Lincolniensis Ec-
clesiae Cancellarium, quem legatus Regis ob singulari doctrinam ac pie-
tatem magnis laudibus excolere, Gregorius Pontifex Cantuariensis Ec-
clesiae ex sua auctoritate magnitudine praefecit. Plura de eo con-
gessit Richardus Smithus in serie Archiepiscoporum Cantuar. ca.
12. de Ecclesia Cantuar. jam nonnulla notavi in cap. 2. de re-
scriptis.
b Causa studii Bononiae. Academia Bononiensis valde cele-
braris, ac illustri est, jam a temporibus Theodosii Majoris
amplis privilegiis illustrata, & ab Invictissimo Carolo V. ma-
gnis privatis ornata, ut referant debitis laudibus cum extol-
lentes glossa in proximo huius libri Decretalium, Midendorpius
de academias, fol. 13. Ughellius, n. 2. tract. fac. in Ecclesia Bo-
noniensi, p. Mendo l. 1. de iure academ. q. 2. n. 16. ad eam
occasione studiorum profectus fuit Rector Ecclesiae in pra-

fenti casu cum licentia proprii Praelati, quod supponendum
est ex c. relatum, de clericis non residentibus; & ita etiam non
residendo lucrabatur fructus suae praebendae, c. licet 32. ubi
probavi; de praebendis; reliquit tamen ipse Rector procurato-
rem generalem ad negotia; unde licet abens studiorum cau-
sa, laesus in integrum restituatur, l. necnon 28. ff. ex quibus
causis, Sfortia de in integrum restit. q. 5. per totum; tamen in
praesenti casu quia procuratorem reliquit, non iuratur hoc
beneficio restitutionis. Magnum enim discrimen veritatis inter
absentem causa Reip. ex causa necessaria, & absentem ex cau-
sa voluntaria. Absens enim Reipublicae causa voluntaria; si
relinquit procuratorem, non iuratur beneficio restitutionis; l.
is qui Reip. 26. ff. ex quibus causis; qui autem ex causa neces-
saria absens, etiam si relinquit procuratorem, iuratur praedicto
beneficio, l. sol. & si, ff. de quibus causis; doct. in
Daurens ad tit. C. de reoribus militum, solum. 1. Liber
in ration. ad sextum in l. 28. ff. ex quibus causis; Oualdus ubi
21. comment. Donelli, c. 5. littera L; doct. Arias de Mesa
l. 3. var. c. 44.

C A P U T XII.

Idem Episcopo a Lexovien.

Constitutis in praesentia nostra H. Priori b. Sagien. & T. laico, dilectum filium O. Subdiac. nostrum supra cau-
sa, quae inter ipsos super quadam summa pecunia vertitur, concessimus audirem. Et infra: Quia Prior fuisse
ipsa pecunia, in qua dicitur I. cum filii uxoris e. nomine teneri dicebat, recepto libello illicitum supercessit,
quemdam procuratorem dimittere solummodo ad agendum, quem cum auditor ipse per mandatum procuratorum sibi man-
datum ad defendendum Priorem fulmineo non viderit, cum ex hoc reputans contumacem, ipsum praefato I. in
unam d. marcham sterlingorum condemnavit, taxatione praehabita in e. expensis: Et infra: Nos autem finem litibus
imponere cupientes, & quod ab audite praefato factum esse dignoscitur, approbantes, mandamus quatenus partibus
convocatis, &c.

N O T A.

a Lexovien. Guillelmo videlicet de Pontearco, qui Le-
xovienem Ecclesiam rexit ex anno 1220. usque ad an-
num 1250. ut refert Cheou in serie Praesulum huius Ecclesiae.
De dicecsi Lexovienensi nonnulla adduxi in c. 37. de electione.
b Sagien. Sive Sajeus, ut notavi in c. hoc tit.
c Uxor nomine. Glossa in presenti asserit, maritum sine
mandato uxoris nomine audiri, quia stipulari fuerat mutuum
pecuniam sibi reddi; & ita sibi quaesivit directam actionem,
ut in l. in causa, in fine, l. si procurator, ff. hoc tit. Hostenis
haec, n. 1. asserit uxorem marito cessisse obligationem hanc dotis
causa, quod casu ut dominus dotis, l. dota nullam, C. de rei
vindicta, nullo exhibito mandato, nec cautione ratihabitionis
praesita, potest in iudicio comparere, l. 2. l. 21. C. hoc tit.
Sed verius est, maritum uxoris nomine agere posse sine man-
dato ad instar contractus personae, l. maritus 21. ubi Giphani-
us, C. hoc tit. quia contracto matrimonio creditur illi man-
datum concessum, ut possit pro uxore sua agere. Duarenus
ad tit. procurat. c. 7. plures laudat a Barbofa in presenti, O-
ualdus l. 18. Donelli, c. 12. litt. L. ad hoc autem ut mari-
tus absque mandato admittitur, debet agere ut maritus, &
legitimus administrator; alias si ut procurator comparet in
iudicio, tenetur exhibere mandatum, ut observat Misingerus l.
3. observ. c. 53. n. 6.
d Marcham sterlingorum. De marchae valore, & estimatio-
ne huius monetae egi in c. 3. de arbitris.
e Expensis. In quibus condemnandus erat ut contumax, ex
traditis in c. 2. hoc tit.

respondere, & se defendere, l. 2. §. sed si agant, ff. de iudiciis,
l. cum Papinianus 14. C. de sententiis & interdictis, ita & procurator
per litis contestationem dominus dicitur debet dominum man-
datum defendere; igitur non recte in praesenti textu asserit-
ur, constitutum procuratorem ad agendum tantum, non
videri eum constituisse ad defendendum.
Qua dubitandi ratione non obstante vera est praesens decisio,
cuius ratio provenit ex eo, quia forma mandati diligenter est
custodienda, l. diligenter, ff. mandati, §. item si, l. si, ed. lit. Sed
in praesenti casu reus in iudicio conventus, qui procurator,
ut eum defenderet, iurare debebat, mandavit, ut pro eo ageret:
igitur tale mandatum extendi non poterat ad defendendum.
Accedit, nam si procurator constituitur ad imperandum iudi-
cem certum, & excipiendum, non admittitur ad alios actus
iudicii, c. Nicolaus 64. c. interposita, §. 1. de appell. c. veniens, ad
remota, quia mandatum non debet extendi ultra expressa in eo;
igitur similiter in praesenti casu procurator a reo constituitur
ad agendum, non debuit, nec potuit admitti ad defendendum;
& per consequens, qui cum debet constituitur procuratorem
in iudicio, ut responderet, constituitur ut ageret, iuxta tamquam
contumax condemnatur in expensis, iuxta tradita supra c. 2.
Nec obstat dubitandi ratio supra adducta: nam discrimen
constituendum est inter eum casum, in quo actor constituit
procuratorem ad agendum, & inter eum, in quo similiter reus
ipsum constituit ad agendum. Primo casu procurator potest
dominum defendere in causa reconventionis, & mutuae peti-
tionis, quia ex tacito, seu implicito mandato procurator datus
ad agendum, praesumitur constitutus etiam ad defendendum.
Secundo vero casu procurator datus a reo ad agendum, non
admittitur ad defensionem, quia cum dominus in iudicio con-
ventus, sciens se reum esse, procuratorem tantum ad agendum
constituit, creditur noluisse eum defensionem designare. Quare
cum in praesenti specie Prior Sagienus iam citatus sciret se
reum esse, & Procuratorem tantum ad agendum designasset,
non creditur eum constituisse ad defendendum. Nec obstat
augmentum ipsius dubitandi rationis; valde enim contraver-
sum est apud Interpretes, utrum procurator ab actore ad a-
gendum datus cogatur ipsum dominum defendere? Et teneat
eum defendere, docent Cardofo ubi supra, nu. 20. Azo in lege
invisus, C. hoc tit. Faber in lege servum 32. §. pen. ff. hoc tit.
negant autem similem procuratorem cogi dominum defendere
Donellus l. 18. comm. c. 16. & plures congl. ab Oualdo ibi,
littera N. Pichardus in §. 1. Instructa de his, per quos agitur,
n. 44. Mancius de defensoribus, n. 10. qui affirmant, regulari-
ter procuratorem ad agendum non cogi dominum defendere,
ex lege mutus 43. §. 2. ff. hoc tit. nisi procurator interveniat
in rem propriam, l. pater 70. ff. hoc tit. d. l. servum 32. §.
fin. vel si ipse procurator satisdedit iudicatum solvi: post hu-
iusmodi enim satisfactionem cogendus est dominum defendere,
ne decipiatur is qui satisfecit.

COMMENTARIUM.
EX hoc textu sequens communiter deducitur assertio: Pro-
curator constitutus ad agendum non censetur datus ad defenden-
dum. Probat eam textus in cap. veniens, versiculo Sufficiens, de
renunciatione, c. cum dilectus 6. versiculo Sufficiens, de dolo &
contum. c. Nicolaus 64. c. interposita, §. 1. de appellationibus, c. 1.
ed. tit. l. 6. Illustrat ultra congeitos a Barbofa in presenti,
Cardofo in praesi, verbo Procurator, n. 20. Donellus l. 18. comm.
c. 16. ubi Oualdus litt. N. Menchaca c. 2. contrav. l. 2. c. 23.
n. 1. Vighellius in methodo juris Pontif. pag. 144. Gothofredus
in l. adit 8. C. hoc tit. Mancius de defensoribus, tit. 10.
Sed pro dubitandi ratione in praesentem assertionem ita in-
furgit: Procurator regulariter datus ad agendum in iudicio,
potest dominum defendere, quia mandatum procuratorum inclu-
dit in se non solum facultatem agendi, verum & excipiendi,
& defendendi, l. ad legatum, l. sed & hoc, in principio, §.
1. l. maritus 23. §. fin. ff. hoc tit. c. qui ad agendum, de R. l. l.
6. l. unica, C. de satisfanda; plures conserit Menchaca d. c.
23. n. 1. Cardofo ubi supra, n. 19. imo procurator constitutus ad
agendum cogitur dominum defendere, l. servum, §. ait Praetor,
ff. hoc tit. l. aditum, C. ed. tit. c. praedictum, de mutuis peti-
tibus, sicut enim dominus reconventus in iudicio cogitur coram iudice
D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. I. Pars II.

Traditur
decidendi
ratio.
6
Dissolvitur
dubitandi
ratio.

C A P U T XIV.

a Idem.

Non in iuste iudex procedit, qui b filium familias in procuratorem admittit, quamvis ad e futuram controversiam...

NOTAE.

Gregorius IX. videlicet, qui etiam presentem constitutionem edidit. Unde non constat de persona, cui eam dicitur.

Qui recte procurator constituitur in iudicio, tam ad agendum, quam ad defendendum ab hunc parit contenta, e qui generaliter s. hoc tit. in 6. l. filius 8. in...

Ad futuras enim causas procurator recte datur, l. 3. ff. hoc tit. ubi A. Faber, Mancius de procurat. n. 129. nec...

C A P U T XV.

a Idem.

Consulti sumus, an constitutus ad impetrandum a communitate aliqua procurator ab b impetrando deberet...

NOTAE.

Gregorius videlicet IX. qui licet consultus presentem constitutionem ediderit, non tamen expressit...

trare scripta gratis, aut iustitiam, expositi in casu, nonnulli...

TITULUS XXXIX.

De Sindico.

C A P U T PRIMUM.

Gregorius a Petro Subdiacono.

Icitur studii nostri esse concedet, a litigiis b foralibus monachos e submovere, ut divinis d ministeriis...

NOTAE.

Gregorius. Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc tit. c. 1. & extat textus hic in regestis epistolarum...

Intantum Latinerium cellularum. Illustrat Benedicteus Harphtenus l. 12. disp. monach. tit. 3. disp. 1. Sumitur etiam cella...

COMMENTARIUM.

Ex presenti Gregorii Magni epistola sequens deducitur disputanda assertio: Monachi non per se sed per syndicum...

Ut autem variae sunt res, quae celantur, ita diversae sunt cellarum appellationes: ubi oleum custodiunt, cella olearia dicitur...

Sed in presentem assertionem pro dubitanti ratione infurgo. Ad negotia monasterii procuranda, non syndicus, sed unus ex monachis praeponi, constituitur debet ex consensu...

Conclusio deducta & probata.

Impugnatio ratione assertio.